

DE STATUTO IURIDICO CHRISTIFIDELIUM

Enuntiantur obligationes et iura quae, iuxta deliberata in adunationibus dierum 1 et 2 decembris 1966, recenseri debent in statuto iuridico christifidelium, quod exarandum est in proxima Coetus sessione.

In quodam primo canone huius partis novi C.I.C. haec vel similia dicenda sunt:

Canon

'& 1. Obligationes et iura quae in canonibus qui sequuntur statuantur omnibus propria sunt christifidelibus, sive sint clerici sive sint laici, nulla inter eos facta distinctione ratione stirpis, nationis, condicionis socialis vel sexus.

& 2. Religiosi etiam iisdem subiiciuntur obligationibus iisdemque gaudent iuribus, nisi iuxta sacros canones aut proprias constitutiones quorundam iurium exercitio renuntiaverint aut a quibusdam obligationibus exempti sint."

In sequentibus vero canonibus haec tractanda sunt:

1. Omnes fideles in Ecclesia vinculo fraternitatis invicem devinciuntur et observare debent aequalitatem quae inter eos omnes viget quoad dignitatem et actionem communem (cfr. Const. Lumen gentium, n. 32).

2. Ius ad media spiritualia necessaria ad vitam christianam plene ducendam, quia omnes fideles, ex baptisme recepto, ad perfectionem caritatis vocantur (cfr. Const. Lumen gentium, cap. V).

3. Ius ad propriam spiritualitatem exercendam iuxta Ecclesie doctrinam.

4. Officium et ius adlaborandi ut divinum salutis nuntium

ab universis hominibus ubique terrarum agnoscatur et accipiatur (cfr. Decr. Apostolicam actuositatem, n. 3).

5. Ius ad apostolatum exercendum secundum proprium statum et condicionem personalem.

6. Officium agnoscendi universis hominibus iura omnia quae ex humana dignitate ac divina ad salutem vocatione derivantur (cfr. Decl. Dignitatis humanae, n. 1 et 14; Const. Gaudium et spes).

7. Officium oboedientiae ad declarata et statuta hierarchiae (cfr. Const. Lumen gentium, n. 37).

8. Officium tuendi ac defendendi, etiam per rectum usum iurum et capacitatum quibus in societate civili gaudent, iura Ecclesiae, et in specie ut Ecclesiae ius ad propriae missionis adiunctionem ab omnibus agnoscatur (cfr. Decl. Dignitatis humanae, n. 14).

9. Officium subveniendi Ecclesiae ministrorum ac operum necessitatibus (cfr. Decr. Presbyterorum Ordinis, nn. 20 et 21; CIC, can. 1496).

10. Ius necessitates et optata sua patefaciendi sacris Pastibus (cfr. Const. Lumen gentium, n. 37).

11. Ius libere petendi rescripta a legitima ecclesiastica auctoritate. (*et ius obrependeri*)

12. Ius libere profitendi propriam fidem, sive publice sive privatim, simulque officium alios invitatos non cogendi ad catholicon fidem amplexandam (cfr. CIC, can. 1351; Decl. Dignitatis humanae).

13. Ius recipiendi formationem doctrinalem et apostolicam uniuscuiusque capacitatibus et condicioni vitae aptatam (Cfr. Decl. Dignitatis humanae, n. 14, 3^o et 4^o; Decr. Apostolicam actuositatem, n. 29; Decr. Ad gentes, n. 26; Const. Lumen gentium, n. 35,

in fine; Const. Gaudium et spes, nn. 43, 2^o et 62, 7^o; Decl. Præmissum educationis, n. 10, 2^o).

14. Facultas discendi et docendi scientias sacras, iuxta iuris praescripta (cfr. Const. Gaudium et spes, n. 62, 7^o; Decl. Præmissum educationis, n. 10, 2^o; Decr. Ad gentes, n. 41, 5^o).

15. Ius ad iustum libertatem inquirendi necnon mentem suam aperiendi, sive oretenus sive in scriptis, in iis de quibus peritia gaudent (cfr. Const. Gaudium et spes, n. 62). (*opinio publica : scripto oretenus*)

16. Ius ad cooperandum cum hierarchia et facultas assumendi officia ecclesiastica condicioni eorum conformia et iuxta normas iuris.

17. Ius ad proprias doctrinas defendendas iuxta limites doctrinae Ecclesiae.

18. Ius ut non cogantur in proprio statu vitae libere eligendo.

19. Ius, debita cum auctoritate ecclesiastica relatione servata, condendi associationes et conventus habendi (Decr. Apostolicam actuositatem, n. 19; Decr. Presbyterorum Ordinis, n. 8)

20. Ius ut, *Si casus ferat*, iudicentur a tribunalibus iuxta proceduram ad normam iuris stabilitam.

21. Ius ut audiantur debitoque patrocinio fruantur in processibus judicialibus ac administrativis quibus afficiantur.

22. Ius ut nulla poena puniantur, nisi prævie poena determinata in norma promulgata statuta fuerit.

23. Ius ad propria iura subiectiva tuenda, via sive administrative sive iudiciali.

24. Ius coram competenti ecclesiastica auctoritate recurrendi, via sive administrative sive iudiciali, adversus decisiones quae eorum iura personalia laedant.

25. Ius ad cognoscendum nomen denuntiantis, si adversus se accusatio fiat coram ecclesiastica auctoritate.

- (etiam obiectio mbo)
26. Ius cognoscendi rationes quibus innititur sententia ad versus se ab ecclesiastica auctoritate lata.
27. Ius ut agnoscatur et servetur secretum correspondentiae. <sup>import
dicere?)
base: utique (ad. t.)</sup>
28. Obligatio vitandi quae fidem in discrimen vocare possunt, iuxta normas Ecclesiae.
29. Ius ad proprium ritum sequendum (cfr. Decr. Orientalium Ecclesiarum, n. 6 ~~et~~ 21)
30. Officium debitam reverentiam exhibendi erga Ecclesiae ministros.
31. Obligatio et ius active participandi in celebrationibus liturgicis (Cfr. Const. Sacrosanctum Concilium, nn. 14, 29 et 79).
32. Facultas, immo aliquando et officium, ad suam sententiam e iis quae bonum Ecclesiae respiciunt declarandi (Const. Lumen gentium, n. 37).
33. Obligatio agnoscendi aliorum iura canonica et rationem bendi boni communis Ecclesiae.

PATRIMONIO ECCL

Romae, die 3 decembris 1966

-mittentes sunt stationes documentorum concilii quibus hoc (et fortiter, alia nova) iura inquit debent.

aliquibus, hoc omnia hic scripta: proponere formulationem canonicas pro istis
et fortiter nova iura et obligaciones inquirere } De Christifidelibus

Vtrum elevare. de assistentibus fidelium in genere.

P. S. = 52; 75

P. C. = 22

Dign. Hum. = 4

O.T.E = 2

G.E.M. = 6

CH.D. = 17 - 30

79 in fine. - Par. 2: cfr. Const. Lumen gentium, n. 35 ult., Decr. ad gentes, n. 17 ult., Decr. Sacrosanctum Concilium, n. 35, 42).